Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36545
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

magis te delectant ea que in celo sunt. Si cer-
cer ita pulcer. pace ciuitas et domus ecclesie.
Si talia sunt que colunt pegrini ecclesia sunt que
possident filij. Si mortales et miseri talis
sunt in uita remunerati immortales et beati quare sunt
in uita ditati. Qua propter credat amor presentis
seculi in quo nullus ita nascitur ut non moriatur.
et succedat amor futuri seculi. in quo sic omnes gig-
nuntur ut deinceps nemo moriatur. ubi nulla ad-
uersitas ibat. nulla necessitas angustat. nulla
molestia inquietat sed perpetuus letitia regnat
Si quis quid ibi sit. vbi talis et tanta beatitudo
persistit. aliter dici non potest. nec quid perpetuum est ibi
et nunquam mali nuscquam. Quod magis rogo est
quod me interrogas. apostolo et apostolo dicentem
tu es. Quod oculus non vidit nec ad hanc felici-
tatem multis seculi diuitiis astipatus dauid an-
helabat cum dicit. Quid mihi restat in celo. et a te
quid volui super terram. Multis regalibus dapibus
hundas dicebat. Saciabor cum apparuerit gloria tua
Et rursum. heu mihi quia incolatus meus prolongatus
est. hinc paulus inquit. Cupio dissolui et esse cum xpo.
qui xpus dominus nr dulcissimus perducat nos
ad regnum suum. Amen.